

BIBL. NAZ.
Vittorio Emanuele III

RACCOLTA
VILLAROSA

B


580
NAPOLI

100
Loc. Alaska B, 580

160.

15/10 508





NISI VITILE EST QVOD FACIMVS
STVLTA EST GLORIA

D. M.
POLYBI
CVBVCVLARI

J. C. ...

P. ...



Canova ad viv. delin.

Toro sculp. Neg.



R Vol. B. 590

IULI PHAEDRI

AVG. LIB

FABVLAE INEDITAE XXXII

QVAS IN CODICE PEROTTINO

BIBLIOTH. REGIAE NEAP

PRIMVS INVENIT DESCRIPSIT EDIDIT

IOANNES ANTONIVS CASSITVS

ELECTOR EX COLLEG. POSSESSOR. IN R. VTRIVSQVE SICILIAE
REG. SOCIET. GEORG. ACADEM. ITALICAE ATQVE PONTANIANAE
SODALIS ORDINARIVS

EDITIO TERTIA


NEAPOLI

MDCCCXI



EX OFFICINA MONITORIS VTR. SICILIAE

Cl: Viro Marchioni Villarçæ *Editor*



CASSITTUS
LECTORI

Quatuor ab hinc annis in Regia Bibliotheca Neap. Perottinum codicem evolventi mihi praesto fuit Iulius Phaedrus: et qui polyhistoras Dorvillium, Burmannum, Andresium sefellerat, se ipse veteri amatori obtulit insperatum. Reperi, inquam, Fabulas hasce ineditas xxxii. ceteris iamdiu vulgatis immixtas, nec non elegis Avieni, et quibusdam Perotti poematis, Insequente anno, quinquaginta dumtaxat exemplaria emisi, praesente et Francisco Avellino, quo utitur praeceptore Achilles Princeps. In codice (Avellinius ait) anecdotas fabulas Cassittus primus invenit, easque excerpit, emendavit, atque ubi characteres defecerant, etiam supplavit. O fortunatos in tanto latifundio villicos, si haec bona sua nossent! Sed Perotti codicem (iam Burmanno celebratum, in praef. comm. novi ad Phaedrum) proba cognitum habuere: quid lateret angulo intimo nesciebant. Non tamen ideo notatos volo, aut quasi negligentes traduxerim. Vetuit codex, noluitque se legi. Neque enim est atramento exaratus, sed viridi herbarum succo, et hunc tempus edax abligurivit, ita evanidis passim literis ac fugientibus, ut in puras alicubi chartas se incidere arbitreris. Ergo mihi solemnisi gloria re-

pertarum primunque editarum Phædri fabularum abri-
 pi sine scelere non potest. Sed vitiosa est princeps edi-
 tio. Vltro fateor. Atqui hac de caussa non nisi quin-
 quaginta tunc primum apographa exire sum passus -
 Alteram tamen editionem (quæ Galliam, Germaniam,
 Italiamque superiorem pervagatur) et hanc ipsam,
 quam vides, tertiam subtilissimâ curâ emendatas præsto -
 Oblatrat Livor, operâ nos aliendâ in recensione fuisse
 adiutos. Hui ridiculum! Et hoc fateor. Ego vero in
 his rebus plus centum oculos quam binos videre putabam.
 Ergo, quot adiutores potui, in hoc advocavi, ut ipsissi-
 mam Phædri orationem tandem adipisci contingeret.
 Ita sectiones omnino sinceras verissimasque extudimus,
 sive per nos relecto exemplo Perottino, sive millies et
 otio per Aloisium fratrem Antecessorem Regium,
 perque amicos plusculos collato. Quo facto me acu rem
 tetigisse augur, et literatum plausum invitasse. Vbi
 scriptura defuit, literulas, syllabas, aut verba quæ-
 dam caractere, quem vocant, Italico subieci. Esse au-
 diô, qui in consarcinandis huiuscemodi supplementis per-
 quam serio occupari velit. Laureolam ex mustaceis emen-
 dicat. In tenui labor, nullamque in rem levior impendî
 potest: atque hoc vere est magno conatu magnas nu-
 gas agere. Commentaria adiecissem, quæ vel ab annô
 MDCCCXVI. librarii torculo committi coeperant, ut doctis-
 simus Avellinius in præfatione ipæ laudatâ monuit. Sed

ne faciam, intèrcedit fides : Etenim eruditus Firminus Didot iamdiu mecum egit de splendidd operis editione Lutetiae Parisiorum adornandâ ; ut ab ipso veniam de nudo contextu evulgato petere necesse habeam : Gratum erit , si observationes huiusmodi propediem vulgabunt nostrates , dum gloriae consulant Neapolitani nominis . Siñ autem minus ; nostra illa nec publici saporis nec prorsus futilia rem utcumque restituent . Saltem coetui philologico vice cotis erunt , quo potiora moliatur , acuatque se se diligens industriâ .

Accuratam denique Perottini codicis descriptionem omitto : qui acceperim cl. Andresii iussu et consiliis totum iam esse cum summâ fide vulgandum ; non sine incredibili , fateor , voluptate animi mei . Perottus enim accedet mihi capsaribus , et Harduinorum , si qui sunt , audaciam compescet . Ne mirere si auctori suo vindicare opusculum praetermitto . Gustu solo res definienda est : sicut iam , teste Sirmondo , evenit quam quinque libellos Pithoeus edidit . Palato minime surdo est opus . De opimiani salivâ , deque scari succo ne iudicet , qui vappam et glandem ructat : Res tibi haec electissimi sapientibus sapit . Fruere igitur , et vale . Dabam Neapoli Nonis Martiis MDCCCLX.

INDEX

FABVLA

PAGINA

i. De Vulpe et Simio	7
ii. Poeta	ibid.
iii. De Mortalitate	8
iiii. De Mercurio et duobus Feminis	ibid.
v. De Veritate et Mendacio	9
vi. Poeta	10
vii. De poenis Tartari	ibid.
viii. De oraculo Apollinis	11
iiii. De malo Scriptore se laudante	12
x. De Pompeio et Milite	13
xi. De Iunone, Venere, et Gallinâ	14
xii. De Iuvenco, et vetulo Bove	15
xiii. De Aesopo, et Victore gymnico	16
xiiii. De Asino ad Iyram	ibid.
xv. De Muliere, et Milite	17
xvi. De Proci paupere, et divite	18
xvii. De Aesopo, eiusque Domino	20
xviii. De Gallo, et Faclibus lecltariis	21
xiiii. De Scrofa, et Lupo.	ibid.
xx. De Aesopo, et Servo fugitivo	22
xxi. De Equo circensi	23
xxii. De Vrso, et Canceribus	ibid.
xxiii. De Viatore, et Corvo	24
xxiiii. De Pastore, et Capellâ	ibid.
xxv. De Serpente, et Lacerta	25
xxvi. De Cornice, et Ove	ibid.
xxvii. De Servo, et Domino	26
xxviii. De Lepore, et Bubulco	ibid.
xxviiii. De Iuvene, et Meretrice	27
xxx. De Fibro et Venatore	ibid.
xxxi. De Papilione, et Vespâ	28
xxxii. De Ave Terraneollâ, et Vulpe	29

(7)

I V L I P H A E D R I

F A B V L A E

A C A S S I T O R E P E R T A E

F A B V L A I.

DE VULPE ET SIMIO.

- Vulpem rogabat partem caudae Simius ;
Contegere honeste posset ut nudas nates ;
Cui sic maligna : Longior fiat licet ,
Tamen illam citius per lutum et spinas traham ,
5. Quam partem quamvis *paucam* impartiar tibi ,

F A B V L A II.

POETA.

Hoc quaecumque est , Musa quod Iodit me ,
Nequitia pariter laudat et Frugalitas ;
Sed haec simpliciter : illa tacite irascitur ;

F A B V L A III.

DE CONDITIONE HUMANÆ.

- Arbitrio si Natata formasset meo*
Genus mortale, longe foret instructius ;
Namque illa nobis adtribuisset commoda
Quaecumque indulgens Fortuna animali dedit,
 5. *Elephanti vires, et leonis impetum,*
Cornicis ævum, gloriam tauri trucis,
Equi velocis placidam mansuetudinem,
Et adesset Homini sua tamen solertia.
Nimirum in coelo secum ridet Iupiter,
 10. *Hæc qui negavit, magno consilio, Homini;*
Ne sceptrum mundi raperet nostra audacia,
Ergo contenti munere invicti Iovis,
Fatalis annos decurramus temporis,
Nec plus conemur quam sinit mortalitas.

F A B V L A IIII.

DE MERCURIO ET DVABVS FEMINIS.

Mercurium hospitio Mulieres olim dunc
 Inliberali et sordido receperant :
 Quarum una in cunis parvum habebat filium,
 Quæstus placebat alteri meretricius .

5. Ergo, ut referret gratiam officiis *parcm* ;
 Abiturus , et iam limen excedens , ait :
 Deum videtis ; tribuam vobis protinus
 Quod quaeque optarit . Mater supplicat *rogans* ;
 Barbatum ut videat natum quam primum suumq ;
10. Moecha, ut sequatur se se quidquid tetigerit.
 Volat Mercurius . Intro redeunt Mulieres .
 Barbatus infaos , ecce , vagitus ciet .
 Ideo quum forte Meretrix ridet validius ,
 Nares replevit humor , ut fieri solet .
15. Emungere igitur se volens , prendit manu ;
 Traxitque ad terram nasi longitudinem ,
 Et alium rideus , ipsa ridenda exstitit .

F A B V L A V .

DE VERITATE ET MENDACIO.

- Olim Prometheus seculi figulus novi
 Curâ subtili Veritatem fecerat ,
 Vt iura possent veritatem reddere .
 Subito accessitus nuntio magni Iovis ,
5. Commendat officinam fallaci Dolo ,
 In disciplinam nuper quem receperat .
 Hic studio accensus , facie simulacrum parit ;
 Vnâ staturâ , simile et membris omnibus ,
 Dum tempus habuit , callidâ finxit manu .

16. Quod prope iam totum mire quum positum foret ;
Lutum ad faciendos illi defeit pedes .
Rediit Magister ; qua festinans re Dolus
Metu turbatus in suo sedit loco .
Mirans Prometheus tantam similitudinem ,
15. Propriæ videri voluit artis gloriam .
Igitur fornaci pariter duo Signa intulit :
Quibus percoctis atque infuso spiritu ,
Modesto gressu sancta incessit Veritas ;
At trunca Species hæsit in vestigio .
20. Tunc falsa Imago , atque operis furivus labor
Mendacium adpellatum est : quod ne cogites
Pedes habere , *lutile ipse conspicias* .

F A B V L A VI.

POETA. . .

Simulata interdum vitia prosunt hominibus ;
Sed tempore ipso tamen adparet veritas .

F A B V L A VII.

DE FOENIS TARTARI.

Ixion qui versari narratur rotæ
Volubilem Fortunam iactari docet .
Adversus altos Sisyphus montes agens

- Saxum labore summo , quod de vertice ;
8. Sudore semper improbo revolvitur ,
Ostendit hominum sine fine esse miseras :
Quod stans in amne Tantalus medio sedit ,
Avari describuntur , quos circumfluit
Vnus bonorum , sed nil possunt tangere .
10. Vrnis scelestae Danaides portant aquas ,
Pertusa nec complere possunt dolia .
Imo , luxuriae quidquid dederis , perfluit ;
Novem porrectus Tityos est per iugera ,
Tristi renatum suggerens poenae iecur .
15. Quo quis maiorem possidet terrae locum ,
Hoc demonstratur curâ graviore adfici .
Consulto involvit veritatem Antiquitas ,
Vt sapiens intelligeret , erraret rudis .

F A B V L A VIII.

DE ORACULO APOLLINIS.

- Vtilius nobis quid sit , dic , Phoebè , obsecro ,
Qui Delphos et formosum Parnassum incolis :
Quaeso id . Sacrae Vatis horrescunt comae ,
Tripodes moventur , mugit adytis Religio ,
5. Tremuntque lauri , et ipse pallescit dies .
Voces resolvit acta Pythia numine ,
Disauntque gentes Delii monitus dei .

- Pietatem tolite . Vota superis reddite .*
Patriam , parentes , natos , castas coniuges
10. *Defendite armis . Hostem ferro pellite .*
Amicos sublevate . Miseris parcite .
Bonis lavete . Subdolis ite obviam .
Delicta vindicate . Cohibete impios .
Punite turpi thalamos qui violant stupro .
15. *Malos cavete . Nulli nimium credite .*
Haec eloquuta contidit Virgo furens ;
Furens profecto ! nam quae dixit perdidit .

F A B V L A IX.

DE MALO SCRIPTORE SE LAUDANTE.

- Aesopo Quidam scripta recitârat mala ,*
In quis inepte multum se iactaverat .
Scire ergo cupiens quidnam sentiret Senex ,
Numquid tibi , inquit , sum visus superbior ?
5. *Haud vana nobis ingenii fiducia est .*
Confectus ille pessimo volumine ,
Ego , inquit , quod te laudas vehementer probo ;
Namque hoc ab alio numquam continget tibi .

FABVLA X.

DE POMPEIO ET MILITE.

Magni Pompeii Miles vasti corporis
 Fracte loquendo, et ambulando molliter,
 Famam cinaedi traxerat certissimam.
 Hic insidiatus nocte venientes Dncis

5. Cum veste et auro et magno argenti pondera
 Avertit molos. Factum rumor distulit;
 Arguitur Miles; rapitur in praetorium.
 Tunc Magnus: Quid ais? Tove me, commilito,
 Spoliare es ausus? Ille continuo exscreat
10. Sibi in sinistram, et spontum digitis dissipat.
 Sic, Imperator, oculi exstillescant mei,
 Si vidi ant tetigi. Tum Vir animi simplicis
Inanes suspiciones propelli inbet,
 Nec *cadere in istum* credit tantam audaciam,
15. *Haec inter, castra* accessit, et fidens manu
Romanos armis provocabat barbarus.
Sibi quisque metuit, primi mussant duces.
Tamen cinaedus habitus, sed Mars viribus
Spernit sedentem pro tribunali Ducem,
20. Et voce molli ridet. Enimvero eiici
 Virum, irâ atroci Magnus stomachans imperat:
 Tum quidam senior ex amicis Principis:

- Hunc ego committi satius fortunae arbitror ;
 In quo iactura iocus est , quam fortem virum ;
25. Qui casu victus temeritatis te arguat .
 Adsensit Magnus , et permisit Militi
 Prodire contra ; qui , mirante exercitu ,
 Dicto celerius hostis abscidit caput ,
 Victorque reliit . His tunc Pompeius super .
30. Coronâ , Miles , equidem te dono libens ,
 Quia vindicasti laudem Romani impert ;
 Sed extillescant oculi sic , inquit , mei ,
 Turpe illud *reddeas quod cinaedus fecerat* ,
 Nisi tu abstulisti *sarcinas furto meas* .

F A B V L A X I.

DE IYNNONE VENERE ET GALLINA.

- Quam castitatem Iuno laudaret suam ,
 Iucunditatis causâ non repulit Venus ;
 Nullamque ut adfirmaret esse illi parem ,
 Interrogasse sic Gallinam dicitur :
8. *Dic* , sodes , quanto possis satiari cibo ?
 Respondit illa : Quidquid dederis satis erit ,
 Sed ut concedas pedibus aliquid scalpeso .
 Ne scalpas , inquit , satis est modius tritici ?
 Plaus : immo nimium est ; sed permitte scalpeso .
20. *Ex toto* , ne quid scalpas , quid desideras ?

Tum denique *illa* fassa est naturae malum :
Licet horreum mi pateat, ego scalpam tamen :
Risisse Iuno dicitur Veneris ioco ,
Quia per Gallinam demonstravit feminas .

F A B V L A XII.

DE IFFENCO ET VETULO BOVE,

Pater familias saevum habebat filium .
Hic e conspectu quum patris recesserat ,
Verberibus servos adiciebat plurimis,
Et exercebat fervidâ adolescentiâ .

5. Aesopus ergo narrat hoc brevissime .
Quidam Iuvenco vetulum adiungebat Bovem .
Is , quum refugiens impari collo iugum ,
Aetatis excusaret vires languidas ,
Non est quod timeas , inquit illi Rusticus ,
10. Nec ut labores iunxi , sed ut istum domem ,
Vagus qui cornu multos reddit debiles .
Sic tu , nisi natum tecum assidue detinens ,
Saevisque ingenium comprimis clementiâ ,
Vide ne querela maior ad crescat domus .
15. Atrocitati mansuetudo est remedium .

FABVLA XIII.

DE AESOPO ET VICTORE GYMNICO.

Forte Victorem gymnici certaminis
Iactantio rem quum *esse* vidisset Sophus,
Interrogavit, ampliane adversarius
Valuisset humeris? Ille: Ne istud dixeris;

6. Multo fuere vires maiores meae.
Quod, inquit, ergo, stulte, meruisti decum
Minus valentem si vicisti fortior?
Ferendus esses forte si te diceres
Astu superasse qui esset melior viribus.

FABVLA XIII.

DE ASINO AD LYRAM.

Asinus iacentem vidit in prato lyram,
Accessit et tentavit chordas unguâ.
Sonuere tactae. Bella res mehercules
Male cessit, ait, artis quia sum nescius:

6. Si reperisset aliquis hanc prudentior,
Divinis sures oblectasset cantibus.
Sic saepe ingenia calamitate intercidunt.

FABVLA XV.

DE MULIERE ET MILITE.

- Per aliquot annos Quaedam dilectum virum
 Amisit, et sarcophago corpus condidit;
 A quo *divelli* nullo quum posset modo,
 Et in sepulcro lugens vitam degeret,
5. Claram adsequuta est famam castae virginis.
 Interea fanum qui compilârant Iovis
 Cruci suffixi luerunt poenas numini.
 Horum reliquias ne quis posset tollere,
 Custodes dantur milites cadaverum,
10. Monumentum iuxta, Mulier quo se incluserat.
 Aliquando sitiens unus de custodibus
 Aquam rogavit mediâ nocte ancillulam,
 Quae forte Dominae tunc adsistebat suae
 Dormitum eunti: namque lucubraverat,
15. Et usque in sermum vigiliâs perduxerat.
 Paullum reclusis foribus Miles prospicit,
 Videtque aegram sed facie pulcrâ Femineam.
 Corruptus animus illico succenditur,
 Sensim impudicâ et uritur cupidinae.
20. Solers acumen mille causas invenit,
 Per quas videre posset illam saepius.
 Quotidianâ capta consuetudine,

- Paullatim facta est ad *votum* submissior ;
 Mox arctiore vinxit *animum* copulâ .
25. Heic , dum consumit noctes Miles diligens ,
 Desideratum est corpus ex unâ cruce .
 Turbatus Miles factum exponit Mulieri .
 At sancta Mulier , Non est quod metuas , *ait* :
 Virique corpus tradit figendum cruci ,
30. Ne subeat ille poenas negligentiae .
 Sic turpitude laudis obsedit locum .

F A B V L A XVI.

DE PROCIS PAUPERE ET DIVITE.

- Fortuna interdum praeter spem hominibus favet .
 Vnam expetebant Virginem Iuvenes duo .
 Vicit Locuples genus et formam Pauperis .
 Vt nuptiarum dictus advenit dies ,
5. Amans , dolorem quia non poterat perpeti ,
 Moerens propinquos contulit se in hortulos .
 Hos ultra paullo yilla splendida Divitis
 Erat acceptura Virginem e matris sinu ,
 Parum ampla , in urbe , visa quod fuerat domus .
10. Pompa explicatur . Turba concurret frequens ,
 Et coniugalem praefert hymenaeus facem .
 Asellus autem , qui solebat Pauperi
 Quaestum deferre , stabat portae in limine .

- Illum Puellae casu conducunt sese ;
15. Visae labores teneros ne laedant pedes ;
 Repente coelum , Veneris misericordiâ ,
 Ventis movetur ; intonat mundi fragor ,
 Noctemque densis horridam nimbis parat ;
 Lux rapitur oculis , et simul vis grandinis ,
20. *Eflusa et pluvia densa cunctos dissipat ,*
 Sibi quemque cogens petere praesidium fugâ ;
 Asellus notum proxime tectum subit ,
 Et voce magnâ se se venientem indicat .
 Procurrunt pueri , pulcrâ adspiciunt *Virginem* ,
25. Et admirantur : *deinde* Domino nuntiant .
 Inter sodales ille paucos ad cubans ,
 Amorem crebris avocabat poculis .
 Vbi nuntiatum est , recreatus gaudio ;
 Hortante Baccho et Venere dulces perficit ;
30. Aequalitatis inter plausus , nuptias .
 Quaerunt parentes per praeconem Filiam .
 Novus maritus coniuge amissâ dolet .
 Quid esset actum postquàm populo innotuit ;
 Omnes favorem comprobantur coelitus .

FABVLA XVII.

DE AESOPO RIFSQVE DOMINA;

- Disce hic*, quam noceat saepe, verum dicere;
 Aesopus turpi quom serviret Feminae,
 Quae se expingendo totum intricabat diem,
 Vestem uniones anrum argentum comparans,
 5. Nec inveniebat digito qui se tangeret,
 Licetne paucis? inquit. Dicis viris;
 Quid vis efficies, cultum si deposueris.
 Adeone per me videor tibi melinscola?
 Immo, nisi dederis, sponda cessavit tua.
 10. At non cessabont latera, respondet, tna;
 Et obiurgari iussit Servum garrulum.
 Panno post armillam tollit is argenteam,
 Eam non adparere ut dictum est Mulieri,
 Furore plena vocat omnes, et verbera
 15. Proponit gravia, verum si non dixerint.
 Aliis minare, neque me fallis certe, ait;
 Flagris sum caesus, verum quia dixi modo;

F A B V L A XVIII.

DE GALLO ET FAELIBVS LECTICARIIS.

Faelis habebat Gallus lecticarios.
Hunc gloriose Vulpes ut vidit vehi,
Sic est loquuta. Moneo; praecaveas dolum;
Istorum vultus namque si consideras,

5. Praedam portare iudices, non sarcinam.
Postquam esurire coepit sero Societas,
Discersit Dominum, et fecit partes facinoris.

F A B V L A XIX.

DE SCROFA ET LUPO.

Premente partu Scrofa quum generet iacens,
Adcurrit Lupus, et obstetricis partibus
Se posse fungi dixit, promittens opem.
Quae vero nosset pecoris fraudes improbi,
5. Suspectum officium repudiavit malefici;
Et, Satis est, inquit, si recedas longius.
Quae si perfidiae se commisisset Lupi,
Pari dolore fata deflesset sua.

FABVLA XX.

DE AESOPO ET SERVO FUGITIVO.

- Malo non esse *disces* addendum malum .
 Servus profugiens dominum naturae asperae
 Aesopo occurrit , notus e vicinid .
 Quid tu confusus ? Dicam tibi clare , pater ;
5. Hoc namque es dignus adpellari nomino ,
 Tuto querela quia apud te deponitur .
 Plagae supersunt *semper mihi post verbera* ;
 Subinde ad *verberandum deficiunt manus* .
 Domi si coenat *dominus* , persto noctibus :
10. Sive est vocatus , *vigilo* ad lucem in *semitâ* .
 Emerui libertatem ; canus servio .
 Villius essem culpae si mihi conscius ,
 Aeque animo ferrem . Numquam sum factus satur ;
 Et super , infelix ! saevum patior *dominum* ? *Ego*
15. Has propter causas , et quas longum est promere ,
 Abire destinavi quo tulerint pedes .
 Ergo , inquit , audi . Quum mali nil feceris ;
 Haec experis , ut refers , *incommoda* .
 Quid si pecceris ? quae te *passorum* putas ?
20. Tali consilio est a *fugâ* deterritus .

FABVLA XXI.

DE EQUO CIRCENSI.

Ferendum aequo animo est quidquid acciderit *malis*.

Equum e quadriga multis palmis nobilem

Abegit Quidam, et in pistrinum vendidit.

Productus ad bibendum quum foret a molis,

5. In circum aequales ire conspexit suos,

Vt grata laudis redderent certamina.

Lacrimis obortis, Vivite felicea, ait:

Celebrate sine me cursu solemnem diem:

Ego quo scelestas furis adtraxit manus,

10. Ibi sorte tristi fata dessebo mea.

FABVLA XXII.

DE VRSO ET CANCERIBVS.

Si quando in silvis Vrsos desunt copiae;

Scopulosum ad litus currit, et prendens petrae

Pilosa crura sensim demittit vado.

Quorum inter villosa simul haeserunt Canceres,

5. Intortam adripiens excutit praedam manu,

Escaque fruitur passim collecta vasca.

Ergo etiam stultis acuit ingenium fames:

F A B V L A XXIII.

DE VIATORE ET CORVO.

- Verbis saepenumero homines decipi solent !
 Quidam per agros *divitis* carpens iter,
 AVE, exaudivit, et moratus paullulum,
 Adesse ut vidit neminem, coepit *gradi*.
 5. Iterum salutat idem ex occulto sonus.
 Voce hospitali confirmatus restitit,
 Vt, quisquis esset, par officium reciperet.
 Quum circumspectans errore haesisset diu,
 Et perdidisset tempus aliquod, illiro
 10. Ostendit se se Corvus, et supervolans,
 AVE usque ingressit. Tum se lusum intelligens,
 At tibi male sit, inquit, ales pessime,
 Qui festinantes sic detinuisti pedes .

F A B V L A XXIII.

DE PASTORE ET CAPELLA.

Pastor Capellae cornu baculo fregerat.
 Rogare coepit, ne se domino proderet.
 Quamvis indigne laesa, reticebo tamen;
 Sed res clamabit ipsa quid deliqueris.

FABVLA XXV.

DE SERPENTE ET LACERTA.

- Serpens Lacertam forte adversam prenderat,
Quam devorare patulâ quum vellet gulâ,
Adripuit illa prope iacentem surculum:
Et pertinaci morsu traosversum tenens,
5. Avidum aolerti rictum fraenavit morâ.
Praedam dimisit ore Serpens irritam .

FABVLA XXVI.

DE CORNICE ET OVE.

- Odiosa Cornix auper Ovem consederat ;
Quam dorso quum tulisset invita et diu ,
Idem, inquit, si forte fecisses cani,
Poenas dedisses. Illa contra pessima :
5. Despicio inermea equidem et cedo fortibus .
Scio quos incessam, queis dolosa blandiar ;
Ideo senectam per tot annos prorogo .
-

F A B V L A XXVII.

DE SERVO ET DOMINO.

Nullum maledictum est gravius conscientia .

Quum Servus numos simulans quosdam solvere ,

Vxorem Domini constupravisset sui ,

Idque ille sciret fore clam circumstantibus ,

6. Placet tibi ? inquit ; quod herae non debes , placet ?
Sed non impone . Quia mihi debes , non placet .

F A B V L A XXVIII.

DE LEPORE ET BUBULCO.

Multi infideles pectore , verbis benevoli :

Quum Venatorem celeri pede fugeret Lepus ;

Et a Bubulco visus veprem adreperet ;

Oro per superos perque spes omnes tuas ;

5. Ne me indices , Bubulce ; nihil unquam mali
Huic agro feci . Et Rusticus , Ne time , retro
Late securus . Iamquæ Venator sequens ;
Quaeso , Bubulce , numquid huc venit Lepus ?
Venit , sed abiit hac ad laevam ; et dexteram
10. Demonstrat nutu partem . Venator citus
Non intellexit , seque e conspectu abstulit .
Tunc sic Bubulcus : Ecquid ? est gratum tibi

- Quod te celavi? Linguae prorsus non nego
Habere atque agere maximas me gratias,
15. Verum oculis ut priveris opto perdis.

FABVLA XXVIII.

DE IUVENE ET MERETRICE.

- Quum blandiretur Iuveni Meretrix perfida;
Et ille laesus multis saepe iniuriis
Tandem tentaret se se *salsum* conqueri,
Sexcenti, inquit, *riuales muneribus* licet
5. Contendant, ego te plurimi facio tamen.
Iuvenis recordans quoties decaptus foret:
Lubenter, inquit, *mea lux*, hanc vocem audio,
Non quod fidelis, sed quod iucunda est mihi.

FABVLA XXX.

DE FIBRO ET VENATORE.

- Canes effugere quum iam non possit Fiber;
Graeci loquaces quem dixerunt Castorem,
Et indiderunt bestiae nomen dei,
Vani qui iactant se verborum copia;
5. Abripere morsu fertur testiculos sibi,
Quia propter illos sentiat se se peti.
Diyinâ fieri quod ratione non negem.

Venator namque simul invenit remedium ;

Omittit ipsum persequi , et vocat canes .

10. Hoc si praestare posseut homines , ut suo

Velleut carere , tuti posthac viverent .

Haud quisquam insidias nudo facert corpori .

F A B V L A XXXI .

DE PAPILIONE ET VESPA .

Papilio Vespam praelio *invictam* videns :

O sortem *indignam* ! a multis membra tu accipis ,

Quorum excrementis orta : nos ab equo sumus .

Ego , loquens in *paternis* , fortis praeliis ,

5. Arte omni princeps *cogito* qualis fui !

En cuncta levitas putris et volatilis !

Tu qui fuisti mulus clitellarius ,

Quemcumque visum est laedis fixo aculeo :

Et Vespa dignam moribus vocem edidit :


10. Non qui fuerimus , sed qui nunc simus *vide* .

FABVLA XXXII.

DE AFE TERRANEOLA ET VULPE.

- Avis, quam dicunt Terraneolam rustici;
In terrâ nidum quia componit scilicet;
Forte occurrit improbae Vulpeculae:
Quâ visâ, pennis altius se sustulit.
5. Salve, inquit illa; cur me fugisti, obsecro?
Quasi non abunde sit mihi in prato cibi!
Grylli, scarabei, locustarum copia
Praesto est. Quid metuas rogo? te multum diligo,
Propter tam sanctos mores et vitam probam.
10. Respondit contra: Tu bene *quidem* praedicas;
Non *socia sum propterea* tibi, sed subvolo.
Quia sequeris praedam?; etiam tibi committo meam:

FELICITER.



P A R A F R A S I

IN VARIO METRO ITALIANO DELLE NUOVE FAVOLE DI FEDRO
TROVATE DA GIO: ANT. CASSITTO
DA LUI STESSO ESEQUIŦA

ALLA S.IGNORA EMILIA CAPPETTI

Mia carissima nuora .

Mi avete piú volte richiesto il senso di questi Apologhi elegantissimi di Fedro , che trovai nella Biblioteca Reale allora appunto , che quì celebraste le nozze coll' unico mio diletteſſimo figlio Romoaldo . Scrisſi per compiacervi la poetica traduzione di così vaghi e preziosi componimenti . Mi risolvo a pubblicarla , or che comparisce la terza piú corretta edizione del latino originale , affinchè gli serva di commentario . Intitolo a voi una fatica fatta per voi . Serbatela per la istruzione del nostro bellissimo e spiritoso Giovannino , e come un picciolo mio ricordo . I lumi , e le virtù che vi adornano , e cara vi fanno al sensibile sposo , alla famiglia , alla patria , troveranno in quest' opuscolo (figurate per altro dal copista) le grazie semplici , e la bella morale del nostro poeta filosofo , e quindi non vi annojerà la lettura . Vivete felice .

Napoli 10. Marzo 1811.

FAVOLA I.

LA VOLPE E LA SCIMMIA.

AL Volpon dicea la Scimmia :
Non ho coda ; ricopritemi
Nudità così ridicola .
Chiedo un pezzo per limosina
Della coda a voi superflua .
Dissè allor quel brutto zotico :
Voglio intatto questo strascico .
Mi contento che lo strappino
Per la strada spine e ciottoli
Ma un sol fiocco un pelo un' atome
Non ne avrai , se preghi un secolo .
Vedi là con robe imprestite
Chi vuol far la bella giovane !

FAVOLA II.

IL POETA.

Ciò che scrivo in queste frottole
Loda il probo , e loda il discolo .
Ma colui con labro semplice ,
E 'l bricon soppiatto brontola .

FAVOLA III.

DELLA CONDIZIONE DEGLI UOMINI.

Se Natura , a nostro arbitrio
Fatto avesse l' uman genere ,
Ben fornito , e non vedrebbe
Imperfetto vile e debole .
Tutti certo avrebbe i comodi
Che la Sorte assai propizia
Diede a' brnti . Esempligrizia
Di Elefante irresistibile
Forza avrebbe , nobil' impeto
Di Leone , età lunghissima
Di Cornacchia , brio di burbero
Toro , e dolce mansuetudine
Di cavallo al corso celere .
Ma frattanto Giove applaude
Da se stesso , e ride tacito
Solo solo nell' empireo ,
In pensar ch' ebbe giudizio
Tanti pregi a non concederci ;
Che l' uom forse temerario
Stato fora insino al termine
Di strappargli senza ostacolo
Il baston del sommo imperio .

Restiam dunque contentissimi
Dell' a noi segnato incarico .
Stiamo attenti , nel percorrere
Il fatal di vita stadio ,
Di ridurra a giusti limiti
Tanti sforzi a desiderj .
Che nascemmo rammentiamoci
Per la morte e le miserie .

FAVOLA IV.

MERCURIO E DUE DONNICCIUOLE.

Due Donnicciuole povere
Nel loro ostello succido
Con trattamento improprio
Mercurio un dì albergarono ,
Che viaggiava incognito .
L' una di queste femmine
In fasce aveva un bambofo ;
E l' altra dilettavasi
Del lucro meretricio .
Il dio partir dovendosi ,
Mentra sortia dall' atrio ,
Pensò con qualche grazia
Non disuguale al merito

Rimunerar quelle ospiti .
 Signore stimatissime ,
 Mi levo alfin la maschera ;
 Io sono il dio Mercurio .
 Ogni favor chiedetemi ,
 Che l' otterrete subito .
 La Madre allor la supplica ,
 Che presto al figliuol piccolo
 Vegga la barba crescere .
 Quell' altra per contrario
 Prega che appresso vada
 Quanto toccar l'è lecito .
 Mercurio vola in aria .
 Le donne in casa tornano ;
 Ecco il bambin miagola
 Con barba da filosofo .
 La putta allo spettacolo
 Dalle risate sganghera ;
 E come suol succedere ,
 Nello sforzarsi a ridere ,
 Di troppo umor linfatico
 Il naso a lei si carica .
 Va per forbirlo , pigliato
 Tralle sue dita , ed eccoti
 Il naso , che le seguita ,
 Lungo lungo lunghissimo

Sino a terra discendere .
 Ben le sta . Compiacevasi ,
 Di porre altri in ludibrio ?
 Ed ora essa medesima
 Si è fatta altrui ridicola .

FAVOLA V.

DELLA VERITÀ , E DEL MENDACIO.

Il cretajuolo artefice
 Del nuovo umano genere ,
 Intesi dir Prometeo ,
 Compose di majolica
 La Verità , impiegandovi
 Sottile e lungo studio :
 Che amministrare agli uomini
 Doveva la giustizia .
 Per chiamata sollecito
 Di Giove , lasciò l' opera ,
 E andò : restando in guardia
